Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cipis mortua nunciatur. quia dñi eccla a uitiorum labe mun
data. et obfidi meritum filia est cognominata. continuo sy
nagoga perfidie simul inuidieque leto soluta est. perfidie qui
dem. quia in xpo credere noluit. inuidie uero. quia ecclam credidis
se doluit. Scriptum est enim in actibus apostolorum. Sequenti autem sabba
to pene uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum dñi. Viden
tes autem turbas iudei repleti sunt helo. et contradicebant his que
a paulo dicebantur. maledicentes uiam dñi coram multitu
dine. Noli uexare illum. Per eos hodieque dicitur. quia a deo destitu
tum synagoge statum uident. ut restaurare posse non credant.
ideoque pro resuscitatione illius supplicandum esse non estiment.
sed que impossibilia sunt apud homines. possibilia sunt apud dm.
Vnde sequitur. Ihc audito hoc uerbo. respondit patri puel
le. Noli timere. crede tantum. et salua erit. Patri puelle cetus
doctorum legi accipitur. de quo dns ait. Super cathedram moysi se
dent scribe et pharisei. Qui si credere ipse uoluerit. etiam sub
iecta ei synagoga salua erit. Et cum peruenisset domum.
non permisit secum quemquam intrare nisi PETRVM. et iacobum et io
hannem. et patrem et matrem puelle. Stipra publice uidue
filius suscitatur. hic remouentur plures arbitri. Puto quoque quod
in eo quoque pietas ibi dñi declaretur. quia uidua mater unici
non patiebatur moras. et ideo ne amplius afficeretur. maturitas
additur. Est etiam forma sapientie inuidue filio cito ec
clam creditam. in archisynagogi filia creditos quidem